



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Ex Catalogo Annorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

DE PRINCIPALITATE
Ex Catalogo Annorum.

Petrus Romanus, Romanis testantibus Anno Claudi Imperatoris secundo profectus, in Vaticano Pontificiam olim anno ab Aquis Noa 108. Iano dedicatam restituit, ipse primus uita, doctrina, factisq; clarus, Lino & Cleto consecratis atq; Clementi Pontificatum commiso. Nerone primum Christianos persequente, Anno Pontificatus sui 25. mirando nullum successorum hunc Regni numerum attigisse, sicut nec Imperatorem ullum Augusti Imperium æquasse, cum Paulo Tarsensi diuinitus electo uase, Doctore tum gentium, Romanorum maximo, gladio cælo crucifixus ad crucifixum Magistrum & dominum suum gloriose migravit.

PLATINA de sancto Petro scribens.

H Is rebus intentus Vir sanctissimus tantum nominis sibi apud omnes comparauerat, ut iam ferè pro Deo coleretur, hanc ob rem indignatus Nero mortem hominis quærebat, Petrus monentibus amicis ad declinam inuidiam & iram Principis via Appia ab urbe discedens, ad primum lapidem C H R I S T O (ut uerbi Hesippi utar) fit obuiam. Quem quidem adorans, rogat, Domine quo uadis, tum C H R I S T V S, Romanum iterū crucifigi. Extat sacellum eo loci, ubi haec uerba sunt habita. Tum Petrus de Martyrio suo dictum existimans, quod in se Christus passurus uideretur ad urbem redire. Idem